

nominà madama Fiorenza *relieta* sier Zuan Venier fo sua sorella et il signor ducha di Nixia e altri.

272 *Sumario di una letera di sier Marco Minio orator nostro in Corte, data a dì 9 Lugo 1519, drizata a li Capi di lo Excelentissimo Consejo di X e leta in Pregadi.*

Come vide il Pontefice. Poi questa electione dil Re di romani è in gran timor, dubita il Cristianissimo re non prevarichi. Et lui Orator scrive da sì, come el voria il Re rinovasse la liga con il re d'Inghilterra, dicendo il Papa non saremo bastanti a obstar contro questo re di Romani electo si el re d'Inghilterra non è con nui, et vol aspectar letere di Spagna prima el deliberi alcuna cosa per veder a qual via vorà andar questo Re. Sichè lui Orator scrive saria bon far il re Cristianissimo li desse speranza, acciò Sua Santità da timor non precipiti, perchè questi spagnoli et maxime domino Hironimo da Vich zercherano trar il Papa a sè et far lassi il Cristianissimo re e si strenzi col Re novo electo, non sparagnando promesse etc., secondo il consueto di spagnoli. Eppo Orator parlando con Soa Santità, li disse è bon avvertir et averzer li ochi a le presente ocorentie: il qual rispose « Vui dite il vero ». Però esso Orator scrive da sì saria bon il re Cristianissimo li scrivesse confortandolo, sicome ha ditto di sopra, aziò da paura non precipiti.

273¹

†

Exemplum

M. D. XIX, die X Julij in Rogatis.

Serenissimo Regi Romanorum.

Magnam profecto antea voluptatem capiebamus, extimantes virium magnitudinem, et animi eximias dotes, quibus refulgeret Serenissima tum Catholica Majestas Vestra, utpote sitas in eo rege et principe, quem nos perpetua essemus observantia prosequuti, et a quo invicem nos vehementer amari jure ac merito nunquam dubitaremus. In praesenti vero quanto nos gaudio perfuderit optabilissimus idemque jucundissimus nuncius celeberrimae atque meritissimae creationis et assumptionis Cesareae Majestatis Vestrae ad eminentissimum culmen imperatoriae dignitatis vix longa oratione complecti, lit-

(1) La carta 272* è bianca.

terarum compendio minime exprimi posse existimamus. Ea tamen animi voluptate ex hac ipsa electione affecti sumus, ut neque majore quemquam affici posse arbitremur, tum ratione benevolentissimae ac singularis observantiae nostrae erga Cesaream Maiestatem Vestram, tum consideratione illa, quod sceptrum et regimen supremae dignitatis ad eam delatum esse videmus, cujus sapientia, religione et equanimitate universo cristiano orbi jam parta tranquillitas, jam gratum et perenne otium consequi merito possit existimari. Nobis autem speciatim illud felicitatis omen affluxisse, ut speremus nihilo minore gratia nos deinceps Imperatoriam Celsitudinem Vestram culturos esse et veneraturos, quam instituto nostro, ac pene instinctu naturali, quondam omnes Serenissimos Imperatores, quantum in nobis fuit, coluinus semper et venerati sumus. Perpauca haec litteris hactenus quasi delibata sint, nam oratores deligemus, qui honoris et officii causa ad Majestatem Vestram profecti, hanc ipsam plenam animi nostri laetitiam copiosius ei declarabunt. Interim vero ab summo et optimo Deo nostro contentissimis praecibus expetemus optime locatum in Majestate Vestra imperium, feliciter atque perpetuo fortunari, maximo cum beneficio totius Reipublicae Christianae perrenique gloriae incremento nominis Cesareae Majestatis Vestrae.

Serenissimo et Excellentissimo domino Carolo Dei gratia Romanorum Regi etc., semper Augusto, Leonardus Lauretanus Dei gratia Deux Venetiarum. Salutem et prosperorum successuum incrementa.

COMIN.

Serenissimo Romanorum Regi.

274¹

Magnae nobis letitiae fuit, Serenissime Rex semper Auguste, cum primum intelleximus Sacri Romanorum regni Imperium Majestati Vestrae delatum fuisse. Nihil nos magis unquam optavimus, quod eo principe regi populum christianum, qui tum religione, tum omni virtutis laude maxime excelleret. Quae, cum in Vestra Celsitudine mirifice splendeant, accedit etiam, quod his majoribus orta est, ut nihil tam ampla, tamque sublimis sit, quae non ei ob hanc quoque causam deberi videatur. Quo sit, ut omnia prope ornamenta honoris, monumenta gloriae, et laudis insignia in Majestatem Vestram Cesaream divinitus collata esse affirmare possimus. Majus etiam ob id nostrum hoc gaudium factum est, quod

(1) La carta 273* è bianca.